

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Solitudo et tumultus e
cum uariis

Si carni quod licet abscidimus, mox in spiritu quod delectat inuenimus. Intentioni quippe anime, si exterior euagatio clauditur, interior accessus aperitur. Nam quo extra se spargi propter disciplinam mens non potest, eo super se intendere per prouectum potest quia et in altum crescere arbor cogitur que per ramos diffundi prohibetur ut cum riuos fontis obstruimus, fluentia surgere ad superiora prouocamus.

Gregorius libro XXX. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

spargi] pergi C, spergi V¹; ut] et V² L¹ L²